

PROLEGOMENA

CLARISSIMIS PLURIMUMQUE COLENDIS

RECENTIS ISTIS EDITIONIS

PRIMIS SOCII

MICHAEL PLEUNICH S. P. D.

Novam hanc editionem omnium Operum Ruperti abbatis Tuitiensis viri undeque speciatissimi, agressurus, statim animo agitare coepi de patrono, dignitate, doctrina pietateve conspicuo, diligendo, cuius presidio validaque tutela editio fortunata prodiret ac securior. Eximias namque hasce lucubrations non nisi viris clarissimis nuncupandas esse arbitrabar. Dum haec itaque mecum ipse versarem, diutius mihi, ut decernere, non fuit immorandum; illico enim non unam, sed vos omnes editioni hujusmodi perficienda socios primitas inscriptos, viros profecto selectissimos, menti meae oblates animadvertis; vobisque proinde, utpote egregiis dotibus insignitis, Opera hac noviter euenda volui nuncupata. Siquidem vos inter in primis nonnulli hujus Venetiae augustissimae reipublice patritii emicant, qui claritati generis virtutes quasque viro nobili dignas, omnigenaeque copulant eruditioinem. Sunt item et alterius ordinis, praecipuo loco et cultu habendi, viri utriusque juris peritissimi, ac laurea doctoralis merito donati, nedenia industria navantes operam, ut aqua lance quod sumus est unicuique tribuatur, verum etiam opinio litterarum studiis incumbentes. Postremo, et fortasse priori loco non inuisito nominandos, viros sacris addictos in sociorum albo recensitos aspicio, quorum probatam pietatem et doctrinam nemo non ignorat; in quo veluti ecclesiastice discipline, graviorumque studiorum assertores cuicunque cordato homini commendantur. Haec brevi calamo tantummodo innuisse sufficiat, nam si fusiōri uniuscujusque vestrum merita et insignia prae fulgida mihi essent commemoranda, et modestiam summam, qua exornati estis, offendere, et oratio nimis prolixa, ni dicam minus grata, progrederetur. Si genio vestro igitur, si brevitati ego indulgere cogor, summa tamen, quod vos, editionis hujus initia, adeo laudabiliter gessistis, quoniam palam faciat, non distinebitur. Cum enim Ruperti Opera pleribus abhinc annis in Italia desiderarentur, ut vix ac ne vix quidem magno pretio comprari possent, vestra praeipue eura factum est, ut eadem nunc, primis hisce nostris Venetis imo et Italiciis typis, commodiori sumptu, cuicunque habenda prostarent. Addam insuper, quam prompto libentique animo mihi suppetias dedidistis, quibus, quam cito fieri posset, Rupertiana volumina recenderentur. Quae cum ita sint, quis non videat, vos de literatororum republica, deque me potissimum, optime meritos esse? Ob idque honestissimum vobis nonen obtigisse? Haec sane in causa fuere, cur ego ad novam hanc editionem, proprio quadammodo jure vobis vindicatum, vobis ipsis inscribendam pari ratione me obstrictum cognoverim. Superest modo, vii vel collectio vel singillatim indubie clarissimi, ut nuncupationem istam, quod enixa a vobis peto, in observantie meae certissimam tesseram, ea, qua polletis, eximia humanitate excipiatis; meque laboreunque meum pergatis vestro patrocino lovere, quo studiosorum utilitati et commodo in dies vacare valeam. Interim supremum Numen obtestor ut vos ad annos Nestoreos servet incolumes.

Dabam Venetiis ex meo typographio iv Nonas Decembris 1748.

LECTORI BENEVOLO TYPOGRAPHUS.

En tibi exhibeo, humanissime lector, non Auricomaritam, aut Anagyrīm, cuius contactu, vel tetro odore manus imbas, vel rem tibi moliaris exitiosum, sed mire oles, ut ita dicam, ciumentorum, lucubrations, videlicet praeclarissimi Ruperti abbatis Tuitiensis, in quartam auctiuatione studiosa, quo plus versatus fuerit, eo magis fragrantiam Christianarum cogitationum te redolere, imo et suauissimum, ubique perquam proficuum li-quotem ex illis expressissime cognoscere sanctorum facinorum. Frustra igitur bonis artibus mea labore; neque enim ego alia mentia illas prelo instauravi reliquaque sum instaurantur, nisi ut tuo commodo ac emolumento prospicerem. Quantum vero attinet ad opus integrum Rupertianum euendendam satis superque, in monito ad hanc editionem premiso, verba feci de illius auctorio ac partitione, deque emai alia re ad illud affabre meis typis compleendum; proindeque, ne videar crambem coctam recouere, pravtero recentem characterum fusionem, papri Selectum, et castigatoris vigilantium; tum erit dispicere, amice lector, nam hactenus fidem datum exsoluerim; equidem, quoad me, nihil prætermisi, neque prætermittam, quin facta promissis respondeant. Velim tamen scias Dialogum inter Christianum et Iudæum nostri Ruperti me deponuisse ex Operibus D. Anselmi, editionis Veneta anni 1745, in quorum calce impressus legitur; itemque libros duos De vita vere apostolica; et Historiam insignis monasterii S. Laurentii Leodiensis, ex Anecdoto excerptissime clarissimi viri Eamundi Martene, cuius etiam prologos in easdem respectivo lucubrations adjectos vobis, quibus evincitur illas genuinum esse futum nostri Ruperti. Hoc omnia porro, sicuti et Apologiam adversus opupgnatores doctrine Ruperti, a Gerberonio, ejusdem instituti viro, exaratam, Parisisque typis vulgatam anno 1669. Quia tandem de hujusmodi opusculorum accessione locutus sum, mihi religio est neminem sua laude fraudara, ingenuo fateor, lector humanissime, quod si auctorium, si alia cetera species, quae hanc editionem praे omnibus iam vulgatis facient præstantiorem, mihi auctorem adjutoremque potissimum existisse rev. adm. P. Gregorium Cannoni, Eremitam Augustinianum, qui, pro ea qua pollet sedulitate, operam suam libentissime contulit in ea tum præfatis opusculis locupletanda, tum omnibus numeris absolvenda. Hæc de studio in hac re nostro dixisse sufficiat. Vale.

PATROL. CLXVII.

I